

48.

Chur, 1273 April 17.

Ulrich von Schellenberg und Ulrich von Triesen vertreten die Gebrüder Ebelin und Rudolf de Casaccia in einem Streit zwischen diesen mit dem Propst von Churwalden um Bernhard und Petrus de Satains, die schlussendlich der letzteren Partei zuerkannt werden, was mit andern von Albero von Schellenberg bezeugt wird.

Conradus dei gracia Electus Curiensis<sup>1</sup> vniuersis pre-  
sens scriptum intuentibus Salutem et sinceram in domino caritatem /  
Nouerit vniuersitas vestra et tam presentes intelligant quam futuri.  
Quod cum inter venerabilem dnm. B.<sup>2</sup> diuina pietate prepositum  
ecclesie in churwald ex vna parte et ebelinum de casaccia  
et fratrem eius Rodulfum pro bernhardo et / Petro de  
Satains et eorum heredibus famulis ecclesie predicte questio  
verteretur, in dnm. henricum de nizuders<sup>3</sup> dictum / Vas-  
cetli<sup>4</sup> et henricum ministrum de tunnes<sup>5</sup> ex parte predicti  
prepositi. et ex parte prefati ebelini et fratris eius R. in / dnm.  
Ulricum de shellenberch et dnm. volricum<sup>6</sup> de trisuns  
milites extitit compromissum. Qui concordare non valentes/per sa-  
cramentum eorum quod prestiterant dixerunt prelibatum prepo-  
situm in coro Curiensi coram nobis aut officiali nostro. / pre-  
stare debere iuratoriam caucionem dictum Bernhardum et  
Petrum ac eorum infantes ad prefatam ecclesiam pertinere / vbi  
testes presentes fuerunt. dns. volricus<sup>6</sup> de nizuders<sup>3</sup>. dns.  
Albero de shellenberch milites. miles de foro. Volri-  
cus<sup>6</sup> / de quaraued<sup>7</sup> Eglolfus pelliparius<sup>8</sup>. dns. wern-  
herus de puiers<sup>9</sup> miles qui preponi debuit in hoc scripto. aly  
qui mi-/lites non fuerunt Rudolfus dictus noualar<sup>10</sup> frater  
eius Ulricus et plures aly fide digni Tandem sepedictus prepo-  
situs prout / antedicti compromissary dixerunt et expresserunt  
coram dno. Alberone de monteforti<sup>11</sup> concanonico et offi-  
ciali nostro in coro / Curiensi iuratoriam caucionem prestitit  
antefatum Bernhardum Petrum et eorum infantes omni iure  
ad prescriptam ecclesiam / pertinere. ubi eciam testes presentes  
fuerunt. dns. Conradus de clauuz<sup>12</sup>. et dns. henricus de  
Cracannes<sup>13</sup> Canonici Curienses / dns. luduicus de wi-  
nekke<sup>14</sup> sacerdos Riuerius scriba<sup>15</sup>. Henricus edituus et  
aly plures. Acta sunt hec in coro Curiensi / anno domini Millesimo